
Selectae juris sententiae.

Numéro d'inventaire : 1979.12321

Auteur(s) : François Bastté

Type de document : affiche

Éditeur : non renseigné (Valence)

Imprimeur : J.Gilibert

Période de création : 1er quart 18e siècle

Date de création : 1723

Description : Une feuille de papier vergé. Texte imprimé. Estampe dans la partie supérieure. Bords très dégradés. Traces du papier collé le long des bords au verso. Plusieurs perforations. Notes manuscrites à l'encre brunie sur la moitié droite au verso.

Mesures : hauteur : 465 mm ; largeur : 350 mm

Notes : Affiche annonçant les thèses de droit que doit soutenir François Bastté pour l'obtention du baccalauréat, en juillet 1714 à l'université de Valence. Les thèses de droit civils traitent de la puissance paternelle. Deux thèses de droit canon, extraites des décrétales de Grégoire IX, portent sur les témoignages et les gages d'emprunt. L'estampe représente les armes de l'université. Le verso de l'affiche a été utilisé pour consigner des notes relatives à des procès. La présentation de cette affiche est identique à celle portant le n° M.N.E. 3.3.04.03/1979.9130. Au verso, des notes manuscrites à l'encre concernant des paiements de fermages et leurs quittances.

Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Autres descriptions : Langue : Français

Nombre de pages : 1

ill.



SELECTÆ IURIS SENTENTIÆ, EX TITULO INSTITUTIONUM.

DE PATRIA POTESTATE.

I.

PATRIA potestas, est jus quod pater habet in liberos, ex justis nuptiis procreatos, *princip. inst. & §. 2. hoc tit.*

II.

PATRIA potestas non solum justis nuptiis constituitur, *d. princip. inst.* sed etiam legitimatione, §. ult. *inst. de nuptiis*, & adoptione, *princip. inst. de adopt.*

III.

JUS patriæ potestatis est proprium Civium Romanorum, nulli alii homines talem habent potestatem in liberos, *d. §. 2.*

IV.

NUPTIÆ, sive matrimonium, est viri & mulieris conjunctio, individuum vitæ consuetudinem continens, §. 1. *inst. b. tit.*

V.

JUSTAS nuptias inter Cives Romani contrahunt, qui secundum præcepta legum coeunt, *princip. inst. de nuptiis.*

VI.

LIBERTOS filios suos post libertatem ex legitimis nuptiis natos, in potestate habere, non est prohibitum, l. 8. C. de pat. pot.

VII.

NON solum filii, & filie primi gradus, sed ulterioris gradus liberi sub avi sunt potestate, §. 3. b. tit. l. 4. in fine. ff. de his qui sunt sui, vel alieni jur.

VIII.

NON omnibus parentibus, jus patriæ potestatis competit, nam qui ex filia tua nascuntur, in potestate tua non sunt, sed in patris eorum, quia filia per nuptias transit in familiam viri, §. fin. hoc tit.

IX.

LIBERI ex concubina nostra nati, per subsequens matrimonium in potestatem nostram rediguntur, §. ult. *inst. de nupt.*

X.

EFFECTUS patriæ potestatis erat olim jus vitæ & necis in liberos, l. 11. in fine ff. de lib. & postum. hered. inst. vel exhered.

EX DECRETALIBUS GREGORII NONI.

I.

NULLA est causa, quæ unius testimonio, quantumvis legitimo, terminetur, Cap. 23. extra de testibus, & attestationib.

II.

HOMO liber, etiam si non habeat, unde creditoribus satisfiat, pignorari non potest, Cap. 2. extra de pignor. & aliis caution.

ARGUMENTABUNTUR VIRI CLARISSIMI

JOANNES MOTTET Rector Magnific. & Antecessor Regius Juris Gallici.
CAROLUS FAURE Primarius Antecessor Regius.
JOANNES PLANTA Doctor Aggregatus.

MARCUS-ANTONIOS DE MARVILLE Doctor Aggregatus.
LUDOVICUS DE ROSTANG CHAMPHERIER Doctor Aggregatus.
PETR. ALEX. DE CROZAT DE VAUGRAND Doctor Aggregatus.

Has Juris Sententias propugnabit Dominus FRANCISCUS BASTIEN Vignanensis Diocesis Alesiensis, pro consequendo
Baccalaureatu in U. J. sub Præfidiis Viri Clarissimi CLAUDII DES MOTTES Consilarii & Antecessoris Regii J. U.
in Alma Universitate Valentina, die mensis Julii Anno 1714. ab hora usque ad .

VALENTIÆ, Ex Typographiâ JOANNIS GILIBERT, Regis, Illustrissimi Reverendissimi Episcopi, ac Universitatis Typographi.